

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0280

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT SEXAGESIMUM.

LX. HOOFDSTUK.

*Folium urens. Polot.**Het Brandent blad, ofte de Polot-Boom.*

HUic arbori ultimum tribuimus locum, quum media sit inter arborem & fruticem, hujus autem tres observavimus species, quarum prima est latifolia, secunda angustifolia, & tertia rubra.

Polot latifolia mediocris est arbor, truncum gerens rectum, plerumque crus crassum, decem & duodecim pedes altum, in paucos incurvos ramos extensum, uti in *Socco*, sunt autem multo rariores & breviores: Folium vero ipsum fesquipedem, immo duos pedes longum est, binas & tres transversales palmas latum, ad oras non serratum, multis magnis & albis parallelis costis transversalibus pertextum, quæ inferius multum protuberant, tenerumque folium quodammodo rugosum & sinuosum formant. Nervus medius & petiolus quoque albicat & herbaceus est: Folia ipsa non sunt glabra vel splendentia instar illorum Musæ, sed pallide ex flavo virentia, superne quodammodo glabra & æqualia, inferne non notabiles observantur pili hirti & pungentes uti in *Urtica*, sunt tamen parum rugosa, præsertim ipsorum petioli & costæ, quæ cutim tangentes dolorificum excitant pruritus, quo cutis mox intumescit & rubet, quod per dies aliquot sentitur.

Truncus & rami rugosi quoque sunt, spinuloso quasi musco obducti, ramorumque cortex viridis est, ex una alterave foliorum ala racemus vagus progerminat, ex incurvis petiolis formatus, multas gerens verrucas quasi, seu potius capitula, quæ sese aperientia intricatam exhibent umbellam, ex albis muscosisque flosculis compositam, qui adeo pusilli sunt, ut melius arenæ granula quam flosculos referant, qui sunt inodori. Plerumque inutiles hi decidunt, aliquando autem quasdam albas & aquosas producant baccas angulosas & difformes, facite putrescentes.

Trunci lignum molle est, fungosum, & succosum, ex meris volvulis formatum sibi inpositis, quales in Musæ stipitibus conspiciuntur, illi vero Polot multo rariores sunt, magisque lignosi, qui radios etiam in peripheria sua exhibent, si truncus transversaliter dissectetur.

Quum folia superna tractentur seu glabra parte, nullum excitant cutis pruritus, ita ut ab inferiore ipsorum parte sibi quis caveat, in vola autem manus innoxie tractari possunt.

Secundo *Polot angustifolia* minora & angustiora gerit folia, octo, novemque pollices longa, tres & tres cum dimidio lata, in magnum apicem desinentia, intense viridia, ad oras ample dentata, non autem profunde, formæ cum præcedentibus ejusdem, ipsorum costæ non ita parallelæ sunt ac prioris, quæ virides sunt, nervus autem medius albus est, crassisque insident pedunculis inordinata in ramorum extremo, petiolus vero, nervusque medius ab inferiore folii parte multis hirtisque pilis obiti sunt, pruritus excitantibus; Hujus speciei petioli longiores sunt quam præcedentis, ac prope ortum ad ramos ab utraque parte foliolum gerunt, quod in initio corniculum refert.

Flores in brevioribus progerminant racemis quam prioris, vix binos pollices longis, ac potissimum ex intricatis simplicibus contorsionibus seu claviculis proveniunt, vitis racemis & floribus quodammodo similes, hisce insident undique breviter, rotunda, firma, & alba capitula acuminata, seu filamenta, quæ subito marcescunt, ac plerumque sine semine pereunt, hic quoque racemus florifer post folia in ramis provenit: Hæ binæ species alias quoque habent varietates, aliquando enim folia in duodecim ac quindecim pollicum longitudinem excrescunt, quinque & sex pollices lata, sic in una arbore folia magis sunt dentata quam in alia.

Flores Decembri proveniunt, atque arbores tam simplici erecto, quam pluribus simul excrescunt truncis, forma fruticis, qui non ultra pedem crassescunt: Hujus folia non tantum vehementius urunt quam præcedentis, sed cutim insuper exoriant atque exulcerant, ita ut dolor per quatuor quinqueve dies persentiat.

Wir zullen dezen boom agter aan zetten, dewyl by tusschen bomen en beesters twyffelt, waar van wy 3. soorten hebben ontdekt, 1. 't breedbladige,

2. 't smalbladige, 3. 't roode.

Het breedbladige Polot, werd een middelbare boom, met een regten stam, in 't gemeen een dye dik, 10. en 12. voeten hoog, in weinige kromme takken uitgebreid, gelyk aan den Soccum-boom, dog veel weiniger en korter. 't Blad is 1½ en 2. voeten lang, 2. en 3. dwers banden breed, aan de kanten ongezaagd, met veele groote en witte parallele ribben overdwars doorregen, die van onderen verre uitpuylen, en 't jonge blad eenigzints rimpeelig, of gevouwen maken. De middel-zenuwe en steel, is mede wit en kruidachtig; zy zyn niet glad nog glimmend, gelyk die van Pisang, maar doodverwig, ligt of geel-groen, boven eenigzints glad en effen, van onderen ziet men wel geen merkelyke bayrtjes of stekelen, gelyk aan de Bernnetel, echter zynze eenigzints ruys, inzonderheid den steel en ribben, dewelke op de buyd rakende, een pynelyke jeukte veroorzaken, waar van de buyd datelyk rood werd, en opsweld, dat men dagen lang voeld.

De takken en stam zyn ook ruys, en als met stekelig mosch bezet, zynde voorts de schorste der takken grasgroen, uit den schoot van 't een of 't ander blad, doch zelden komt een tros voort, van kromme steelen gemaakt, bezet met veele wratten of knoppen, dewelke bun openende, vertonen de verwerde dollen van witte moschagtige bloempjes, zo klein, datze beter na zandkorls, dan bloempjes gelyken, zonder reuk. Zy vallen meest voor niet met al af, doch zomtyds komen daar eenige witte en waterachtige besten aan, boekig en ongeschikt, die ligt verrotten.

Het hout van den stam is gantsch week, voos, en zappig, van enkele rollen gemaakt, die over malkander gewonden zyn, gelyk men aan den Pisang stromk ziet, dog die van Polot zyn wel zo ydel, en houtachtig, ook verrotten.

Als men de bladeren aan de boven of gladde zyde aanraakt, zo verwekken zy geen jeukte, dies men zig maar voor de onderste zyde moet wagten, doch met 't vlakke van de hand kan men ze onbeschadelyk handelen.

2. Het smalbladige Polot, heeft kleender en smalter bladeren, 8. en 9. duymen lang, 3. en 3½ breed, met een merkelyke spitze, en hoog-groen, aan de kanten wyd getand, dog niet diep, ruys van aanzien dan de vorige. De ribben lopen zo parallel niet, als van 't vorige, zyn groen, en de middel-zenuwe is wit, en staan mede op dikke stelen, zonder ordre aan 't voorste der takken, de steel en middel-zenuwe des blads van onderen zyn met veele en fyne bayrtjes bezet, die eygentlyk 't jeuken maken. De stelen in deze zoorte, vallen wat langer dan aan 't vorige, en hebben by haar oorspronk aan de tak te wederzyden een kleen blaadje, in 't eerst een spits of boornijge gelykende.

Het bloeizel zyn korter troffen dan aan 't vorige, schaars 2. duymen lang, en meest uit enkele verwerde drayingen of Claviertjes gemaakt, het druyven-bloeizel eenigzints gelyk, daar rondom staan korte, ronde, styve, en witte spitzzen of draadjes, die haast verwelken, en meest zonder zaad vergaan, en men ziet deze bloeyende troffen ook agter de bladeren aan takken. Zo heeft deze tweede zoorte nog eenige veranderingen, want zomtyds worden de bladeren 12. en 15. duymen lang, 5. en 6. breed, zo is ook 't eene meer getand als het andere.

Het bloeyzel ziet men in December: Het schiet zo wel met een enkele regte, als met meerdere stammen op; in gedaante van een struyk, werdende niet boven een been dik. Deze bladeren branden niet alleen vinniger dan de vorige, maar kwetzen daar en boven de buyd, zo dat men de pyn wel 4. a 5. dagen voeld.

Tertio *Polot rubra* folia gerit cum angustifolia convenientia vel paulo minora, ad oras quoque dentata: Ejus venæ, costæ, & petioli subtus fusci sunt, unde folium rubescit, cæterum prioribus similis est arbor ac plerumque frutescit, hæc species vehementissime urit, cujus dolor per octo persentitur dies.

Cunctæ tres species tam in montibus ac desertis crescunt hortis, quam in planitie, vallibus frigidis, & humidis minoribus silvis. In magnæ Ceramæ desertis prima species in satis altam excrescit arborem, instar junioris nempe Socci, in Hitoensi autem regione haud multo altior est maxima Musa, binæ aliæ species plerumque frutescunt.

Nomen. Latine *Folium urens*, quod dividitur in *latifolium*, *angustifolium*, & *rubrum*. Amboinice *Polot*, *Polat*, & *Aypolat*, ac prima species *Polot Poeti*, secunda *Polot Petu-Walan*, tertia *Polot Cau*; alii autem meliorem jure tertiam seu rubram speciem vocant *Polot Petuwani*, h. e. octo dierum *Polot*, quum ejus ardor per octo sentiatur dies, quibusdam etiam dicitur *Salattene*. Ternatice *Daulassi*. Bandice *Salattan*.

Locus. In cunctis nota est hæc arbor Moluccis, Amboina, & Banda, præsertim prima seu latifolia species, binæ enim aliæ raro occurrunt, angustifolia in horto meo sponte progerminavit sine dubio per semen, quod aves ibi projecerunt. Sponte etiam progerminat in pago *Hoekonalo* circa *Balehu* seu curiam, ac licet sæpitis usque ad solum excidatur, plures de novo emittit stipites, ad obprobrium istius pagi, vitia nempe ibi adeo prædominari, ut extirpari nequeant.

Ufus. Noxia hæc arbor peregrinos fallit, immo ipsos inscios incolas, qui hanc non bene norunt, latifoliam enim putant esse silvestris Musæ speciem, amplexu ejus decerpunt folia, ut subponant quibusdam rebus, vel suum detergent corpus, subito autem excandescunt, si ipsorum sentiant ardorem. Hæc tamen folia innoxie ab incolis sæpe adhibentur loco mantilium & mapparum, si in silvis prandium sumant, si modo, uti dictum fuit, inferiorem vitent tangere foliorum partem, hæc tamen multo magis innoxie tractari possunt, si arbusculæ hæc in locis crescant umbrosis & humidis, quarum folia non ita vehementer urunt, tum & durities cutis Amboinensis multum huic rei favet, alioquin enim per ipsam cutem cutis durities incedamus. Pars adusta autem curatur frictione minorum Urticarum, per unius enim ardorem alter extrahitur, idem quoque præstat per calidos cineres, vitandum vero est quam maxime manus frigida lavare aqua, quum dolor inde exacerbetur.

Trunci lignum nulli inservit usui, excepto quod aliquando ficcetur & conservetur ad lentum fovendum ignem, qui alioquin per cespites alitur. Binarum reliquarum, ac maxime noxiarum specierum nullum mihi huc usque innotuit antidotum, quæ ab incolis etiam quam maxime vitantur, licet ipsorum cutis adeo dura sit, nec facile ab aliis urentibus addiciatur foliis. Per memorata tamen remedia quodammodo leniri potest ipsorum dolor: Sunt tamen quidam Amboinenses, qui sustinent secundæ speciei folia ore manducare, ac recentia inponere vulneri, a secante instrumento inflecto, ut curetur, dicunt enim in ore paucum admodum excitare ardorem, qui mox etiam exstinguitur masticatione *Siri Pinangæ*.

Intellexi homines invidiosos in Banda vicinorum Durionibus noxiam adferre, si ipsarum truncos circumvolvant ramulo *Polot*, unde cuncti Durionis fructus tam maturi quam immaturi decidunt & putrescunt.

Ex trunco latifoliæ *Polot* foetens excrescit *Fungus*, *Phallus Dæmonum* dictus; & vermis quidam inter *Scelopendria* species numerandus, *Laolin* vocatus, qui cutim gerit glabram & quasi corneam, ex multis lamellis seu annulis formatam instar furculorum *Cunæ*, qui retrorsum & antrorsum prorepat, cujus sanguis seu succus alicujus cutim rubro inficit colore, si illam tangat, quem inter insecta descripsimus.

3. Het roode *Polot*, heeft bladeren als 't smalbladige of wat kleender, mede aan de kanten getand. De aderen, ribben, en steelen, zyn bruyn van onderen, waar door 't blad rood schynd, anders de voorige gelyk, en blyft meest een struyk; dit brand het aldervinnigste, wiens pyn men 8. dagen voelen kan.

Alle drie geslagten wassen zo wel in 't gebergte, en verlatene thuynen, als wel meest in de leegte, koude Valen, en vochtig kreupel-bosch. In de wildernisse van groot Ceram, word de eerste zoorte tot een redelyken boom, namentlyk als jonge *Soccum-bomen*, maar op 't Hitueeze land valt by niet veel hooger dan de grootste *Pisang-boom*, de twee andere zoorten blyven meest struyken.

Naam. In 't Latyn *Folium urens*, verdeeld in breedbladige, smalbladige, en roode. Op Amboinsch *Polot*, *Polat*, en *Aypolat*, 't eerste *Polat Poeti*, 't tweede *Polot Petu-walan*, 't derde *Polot Cau*; andere met beter reden noemen de derde of roode zoorte *Polot Petuwani*, dat is, agtdagig *Polat*, om dat men zyn brand agt dagen voelen kan, en ook *Salattene*. Ternatice *Daulassi*. Bandanees *Salattan*.

Plaats. Het is bekend in alle de Moluccos, Amboina, en Banda, inzonderheid de eerste of grootbladige zoorte, want de twee andere vind men zelden, 't smalbladige is in myn thuyen opgekomen van zelfs, buyten twyffel door eenig zaad, het welk de Vogels daar heen geworpen hadden. Men ziet 't ook van zelfs opkomen in 't Dorp *Houkonalo*, omtrent haar *Balehu* of *Raadbuis*, en hoewel het dikwils tot de grond afgekapt werd, spruyt 't telkens met veele stammen wederom uyt, tot een verwyt van de *Negory*, dat de ondeugt by haarlieden zo vast geworteld zy, dat men ze niet uitroeyen kan.

Gebruik. Dit ondeugent gewas bedriegt de Vreemdelingen, en zelfs de onwetende Inlanders, die 't niet wel kennen, want zy 't grootbladige voor een slag van wilde *Pisang* aanzien, nemen de breede bladeren af, om onder te leggen, of om haarlieden te wegen, maar worden wel gaauw korzel daar van, als ze den brand gevoelen. Echter ziet men deze breede bladeren de Inlanders dikwils gebruiken, tot *Servetten* en *Tafellakens*, als ze in 't bosch eeten, en dat zonder schaden, als zy maar, gelyk gezegt, de onderste zyde niet aan de buyd laten komen, hoewel tot deze ongevoeligheid ook veel doet, als de boompjes staan aan schaduwtigge en vogtige plaatzen, die zo hard niet branden, als mede de hardigheid van de Amboinsche buyden: ook voor de kousen, en dunne kleederen, als men door 't bosch gaat. Zyne genezing is, dat men de gebrande plaatze wryve met kleene barnnetels, want de eene brand trekt den ander uyt; het zelve doet ook swarme afscbe, maar in kout water te wasschen, moet men myden, om dat de pyn daar door vermeerderd.

Het hout van den stam werd tot niets gebruykt, behalven dat men het zomtyds droogt, en bewaart om een smokkend vuur daar mede te houden, gelyk met turf. Van de twee andere en snoodste zoorten weet ik nog geen gebruyk, of middel tegen baaren brand, werdende zelfs van de Inlanders ten hoogsten geschuwt, die dog zo harde buyden, en van andere brandende bladeren geen gevoelen hebben: echter door de voornemde middelen kan men 't wat verzagten; ook zyn 'er zommige Amboinezen, die hun verstoffen de bladeren van de tweede zoorte in de mond te knouwen, en te binden op versche wonden, die van een snydend Instrument gemaakt zyn, om die te genezen, want zy zeggen, datze in de mond weinig branden, en den brand dadelyk overgaat, met het knouwen van een *Siri Pinang*.

In Banda heb ik verstaan, dat zommige nydige menschen baren naburen aan de Durioens-bomen schade konnen doen, als zy rondom den stam slaan een takje van *Polot*, waar door alle Duribenen, zo rype, als onrype, zullen afvallen en bederven.

Aan de stammen van 't groote *Polot*, waft een stinkende *Fungus*, *Phallus Dæmonum*, en nog een *Worm* uyt het geslacht van de *Scelopendria*, *Laolin* genaamt, met een gladde en boornagtige buyd, uyt veele ringen of deelen gemaakt, gelyk de schootjes van een *Cunas*, agterwaarts en voorwaards kruppande, wiens blad of sap de buyd rood maakt, als 't iemand raakt, die wy onder de Dieren beschryven.

Tabula Centesima Quadragesima Prima

Ramum exhibet *Folii urentis*, seu *Polot*.

Finis Libri Quinti.

De hondert een- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het Brandent blad, ofte de *Polot-Boom*.

Einde van het Vyfde Boek.